



eum hominem dicere 1). At pleni sunt libri Apostolorum laude majestatis divinae in Jesu conspicuae, et quasi in eo exscriptae. Nihil certe significantius dici poterat illo Paulino Ebr. I, 3. Christum esse ἀπάντασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, et refulsisse ex eo divini luminis radios, atque imaginem substantiae divinae in eo fuisse expressam. Eademque veteris ecclesiae fides fuit, PHILONE teste 2) cui filius Dei est θεὸς εἰκὼν, λόγος ἱερωτάτος καὶ πρεσβυτάτος. Si denique veteres audias Hebraicae gentis doctores de sigillo Dei differentes, nostram de obfignatione Messiae fetentiam ab iisdem confirmari deprehendes. Sigillum enim Dei esse vocem **יהוה** contendunt; quod **י** prima **ה** vero media, **ו** denique postrema in ordine literarum sit, et veritas sive essentia divina ea voce egregie contineatur, quia Iehova primus sit, nec quicquam acceperit ab alio, nec praeter eum sit Deus, neque inveniatur, qui posterior sit Deo 3). Hoc vero sigillo se notatum esse, ipse professus est Sospitator, qui literis Hebraicis primae et postremae, quibus sigillum Dei ornari existimabant veteres Judaei, graecas substituit, iisque obfignationem suam exprimit Apocal. I, 8. XXII, 13. ἐγὼ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω ἡ ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. Hoc itaque sigillo Dei munitus Messias, iudicatus est isa Deo, qui sanctus, innocens, atque immaculatus, Hebr. VII, 26. sacrificio corporis sanctiores redderet omnes mortales Hebr. X, 10. quod obfignationis Messiae beneficium a Daniele IX, 24. celebratum est, oraculoque divino prae-

monstra-

1) Antiquit. Jud. lib. XVIII, c. 4.

2) de Conf. Linguarum p. 341.

3) cf. Lightfoot Hor. Hebr. in Evangel. Iohannis ad h. l. p. 1017